



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

Prologvs Caesarii Cisterciensis Monachi In Heisterbacho in Libros
miraculorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

PROLOGVS
CAESARII CISTER-
CIENSIS MONACHI
IN HEISTERBACHO
in Libros miraculorum.

Ioan.6



OLLIGITE fragmenta, ne
pereant. Cū ex debito iniun-
ctaæ folicitudinis, aliqua ex his
quaæ in ordine nostro, nostris
temporibus, miraculosè gesta
sunt, & quotidie fiunt, recitatè
nouitiis, rogatus sum à qui-
busdam cum instantia multa,
eadem scripto perpetuare. Dicebant enim irrecupe-
rable fore damnum, si ea perirent per obliuionem, que
postoris esse poterant ad ædificationem. Cùm ad hoc
minùs essem paratus, cū propter latini sermonis in-
opiam, tum propter inuidorum detractionem, ac-
cessit Abbatis mei imperium, nec non & Abbatis lo-
ci sanctæ Mariæ consilium, quibus contradicere lici-
tum non est. Memor etiam predictæ sententiæ Salua-
toris, aliis panes integros turbis frangentibus, id est,
fortes scripturarum quæstiones exponetibus, siue ex-
cellentiora moderni temporis acta scribentibus, ego
micas decidentes colligens, propter inopes, non gra-
tia, sed litteratura, duodecim ex eis sportellas imple-
ui: totidè enim distinctionibus omne opus diuisi. Pri-
ma distinctione agit de cōuersione, Secunda de contri-
tione, Tertia de confessione, Quarta de tentatione,
Quinta de dæmonibus, Sexta de virtute simplicitatis;
Séptima de B. virgine Maria, Octaua de diuersis visio-
nibus, Nona de sacramento corporis & sanguinis Christi,
Decima de miraculis, Undecima de morientibus,
Duodecima de poena & gloria mortuorū. Ut autē cō-
petentius exempla ordinarem, more dialogi duas in-
duxī

PROLOGVS.

duxī personas, Nouitij videlicet interrogantis, & mo- *Codex*
 nachi respondentis: quia dum dictantis nomen pagi- *impreſ-*
 na supprimit, detrahentis lingua citius deficit & ares- *sus in po-*
 cit. Attamē qui nomen eius scire desiderat, prima di- *ſteriori-*
 ſtinctionū elementa compingat. Plurima etiam in- *bus li-*
 ſerui, quæ extra ordinem cōtigerunt, eo quòd eſſent *bris ha-*
 ædificatoria, & à viris religiosis, ſicut & reliqua, mihi *bebat A-*
 recitata. Testis est mihi Dominus, nec vnum quidem *potioniū*
 capitulum in hoc dialogo me finxit. Quòd si aliqua *E. Caja*
 forte aliter ſunt gera, quam a me ſcripta, magis his *rium,*
 videtur imputandum eſſe, a quibus mihi ſunt relata. *quod etiā*
 Et quia conuerſi quiſ potest exteriū ſine contritio- *in prio-*
 ne, prima diſtinctio loquitur de conuerſione. Item *ribus jer-*
 quia conuerſio inutilis eſſe ſine contritione in pecca- *uanum*
 tore, ſecundum locum tenet diſtinctio contritionis. *auximus*
 Item quia contritio in ſe areſcit, niſi ſubequatur cō-
 feffio oris, recte ei ſubiungitur diſtinctio cōfessionis.
 Item quia cōfeffio raroſ ſufficit ad delendam peccati
 pœnam, bene ei continuatur ſatisfactionis diſtinctio,
 quam tentationem eſſe probauit. Item quia dœmones
 tentationum auctores ſunt, ſive incentores, ſequens
 de eis diſtinctio ſubiungitur. Item, quia ſimplicitas
 magnum eſſe antidotum contra tentationem, diſtin-
 ctioni dœmonum, diſtinctio ſubneſtitur ſimplicita-
 tis. Sex iſtae diſtinctiones pertainent ad meritum, reli-
 quæ ſex ad præmium. Ut autem ſic ordinentur, etiam
 ratio numeri requirit. Sicut unitas radix eſſe omnium
 numerorum, ita & conuerſio ſignum eſſe omnium iu-
 ſificationum. Binario congruit cōtritio, quæ duplex
 eſt, cordis per dolorem, & corporis per afflictionem.
 Ternario confeffio, quæ triplex eſt, laudis, fidei, cri-
 minis. Quaternario tentatio, quia quatuor quæ nos
 tentant, Deus, diabolus, caro, & mundus. Quina-
 riū congruit diabolo, eo quòd numerus fit apostati-
 cus. Senarius, qui perfectus eſt, ſimplicitati, quæ to-
 rum corpus lucidum reddit. In principiis verò diſtin-
 ctionum, tam de iſtis, quam de cæteris, quæ ſe- *Matt. 6.*
 quuntur diſtinctionibus, ratio ordinationis plenius
 aſſignata eſt, quia Chriſti benedictione collecta frag-
 menta

PROLOGVS.

menta in tantum multiplicata sunt, ut panibus integris in quantitate comparentur, ad instar duodecim panum propositionum, in duobus codicibus illa posui, sex † distinctionibus in uno & sex in altero ordinatis.

† In gratiam lectoris nomen distinctionis in libri mutari,
sicq; totum opus in libros XII. distributum est.

CAPITA LIBRI PRIMI.

- D** E institutione Ordinis Cisterciensis, cap. primum. 1.
Quid sit conuersio, unde dicatur, & de speciebus eius, cap. 2.
De priore Clarenallis, qui conuersus ut aliquid raperet, mirabiliter mutatus est, cap. 3.
De nouitio in Hemmenrode conuerso, de quo sanctus David dixit, Non est omnibus datum, cap. 4.
Quibus occasionibus homines conuertantur, cap. 5.
De canonico Leodiensi ad predicationem S. Bernardi conuerso, & de Angelo, quem specie monachi vidit cōfiteri voluntis, cap. 6.
De Geuardo Abate, quem dominus Euchardus plebanus Sancti Iacobi in Colonia, ante conuerzionem, in cuculla vidit, cap. 7.
De conuersione Massellini clerici Episcopi Maguntia, cap. 8.
De conuersione magistri Stephani de Vitreio, cap. 9.
De conuersione Gosuini sacerdotis, qui de probatione cum furto fugit, cap. 10.
De canonico quodam Coloniensi, qui antequam indueret habitum, resiluis, cap. 11.
De glio iuucne, qui de probatione gratia soluendorum debitorum extractus, non est reuersus, cap. 12.
De conuersione Henrici Abbas, cap. 13.
De miserabili morte Leonij noui apostolantis, cap. 14.
De

